



## **Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. I. An religiosus, qui ob excessus incarceratus, & secundùm statuta  
Ordinis inhabilis ad dignitates factus erat, tamen Prouincialatum alibi  
geßit, ad suos reuersus prærogatius Ordinis frui ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

*in sum. verb. ordo. 2. q. 7. qui cōtrariam tantūm videtur admittere dispensationem Papæ. & arguit poenam depositionis. ex c. qui in aliquo. dist. 51. quod tamen id disertè non dicit; sed tantūm punit ordinatores, & ordinatorum, qui gradus ecclesiasticos non obseruauerunt. gradus autem sunt, quos dicitur in Breviario Rom. instituisse Caius Papa, ab ostiario vsque ad presbyteratum; & D. Ambrosius in eodem Breviario seruatis omnibus ex instituto Ecclesiæ ordinum gradibus 8. die, qui fuit 7. Id. Decem. Episcopale onus suscepisse. vtique omnes gradatim suscepit ordines: sed extra ea tempora, quæ hodie vsurpantur: non tamen nisi vnicum in dies. nam interstitia maiores seruasse docetur dist. 77.*

*In prioribus terminis loqui videtur c. cum h. lator X. de eo qui furtiuè ordin. suscepit in verb. iuxta consuetudinem patriæ sibi quatuor minores ordines contulisti: quibus non contentus, subdiaconatum temerario ausu recepit: quia verò idem clericus in hoc facto multum excessit; mandamus &c. vbi glossa, nota, inquit, quod omnes minores ordines vna die possunt conferri: item eodem die non debet quis accipere minores ordines, cum ordine sacro; ita glossa, tametsi textus disertè non dicat eodem die clericum illum ordines minores, & subdiaconatum suscepisse. quamuis & id, quasi ad furtiuam subreptionem idoneum, accidisse sit verosimile, & insinuat illa coniunctio, quibus non contentus. sed vt, quod dici solet, nigrum cum rubro conueniat, arguit omnino clericum quod furtiuè subreperit. sed & meminisse oportet argumentum à contrario sensu non procedere, vbi est contrarium in iure dispositum; vt dicendum est d. c. 2. alijsque supra citatis reperiri. ideoque argumentum supra propositum non concludere. si tamen dicamus disertè non reperiri in iure prohibitum, ne quis minores & subdiaconatū eodem die recipiat,*

*vbi Episcopus super interstitiis dispensat; conformiter dicitur permissum ex iusta causa. quia quod non reperitur prohibitum censetur permissum. anni tamen feruati interstitium inter vltimū minorē ordinem & subdiaconatum voluit Trid. d. c. 11. in fin. nisi, inquit, necessitas aut Ecclesiæ utilitas iudicio Episcopi aliud exposcat. vbi non libera tribuitur dispensatio, sed valde restricta: & licet neque hoc exadseruetur; non tamen frequenter, vt vno die & minores humiliter & subdiaconatus conferatur.*

De ætate & qualitate presciendorum.

### RESPONSVM I.

*An religiosus, qui ob excessum incarceratus, & secundum statuta Ordinis in habitibus ad dignitates factus erat, tamen Provincialium sibi gessit, ad suos reuersus prerogatis Ordinis frui debeat, quæ de sanctis Provincialibus deferuntur?*

**S**I talis ad officium electus à Generali Ordinis, qui potest admittere huiusmodi facti infamiam, & poenam inhabilitatis tollere, factus est confirmatus est, sustulisse censetur confirmans. l. 57. in fin. de re iudic. & eligentes etiam, & consentientes de eo queri non possunt. ead. leg. vers. et si forte. si autem per ignorantiam excessum electus confirmatusque est, acta quidem ab eo valent. d. l. 57. l. 3. de off. pretor. l. r. C. de testam. ipse tamen status non mutat. l. 11. l. 3. C. de liber. can. l. 10. D. de decurion. l. 2. C. de seruan

seruus aut libertus ad decurionatum aspirauerit. l. 10. vbi seruus ædilis factus conditionis suæ conscius grauius punitur; errore lapsus domino suo subiugatur.

Itaque per subreptionem prouincialis creatus conditionem suam non mutauit: imò grauius puniri potest. nec per huiusmodi subreptionem promotionem adeptus est priuilegia, & prærogatiuas rectè constitutis prouincialibus ab Ordine concessas: sed imò in pristinum ordinem redigi potest. neque eius culpæ poenæque sublata sunt. Et suffragatur ratio; ne fraus sua, dolus, atque subreptio cuiquam optulerit, ob quam potius carere debeat impetratis. c. super. x. de re. scripti.

2. Per subreptionem non mutatur.

Quod si tamen in officio præclarè se gessit, vt non tantum culpas emendarit, sed & virtutibus præluxerit; huiusmodi emendatio mereri videbitur, vt quasi culpis obliteratis, obitæ dignitatis gradum aliquatenus retineat. vti nouit ipse Dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. c. noui de pen. d. 1. d. d. in c. peccati venia. de reg. iur. in 6.

Præsertim si superiores prouinciæ ipsius promotionis conscij, superioribus alterius prouinciæ, seu iis ad quos spectat, vbi ita subrepsit, defectus illius non indicauerint, argumento eorum, quæ statuta sunt c. 2. d. & tot. tit. X. de seruis non ordinand. vt si scientibus & conuenientibus dominis ad sacros ordines fuerint promoti, statum mutet, & libertatem consequantur. itidem quæ quoad ciuiles honores cautum est l. vlt. & pen. C. qui militare poss. l. 12. vbi nisi intra triginta dies iudicem domini adierint, dominium amittunt, serui liberi fiunt, nec vilis, honor, aut ius patronatus dominis seruatur: libertate autem concessâ deliberat Princeps, si oportet eos habere dignitatem, vel ea quasi indignos spoliari, inquit d. l. vlt.

vtique, vt inquit d. l. pen. si quidem viles ad militiam eis datam fuerint; in ea durare: sin vero minime idonei, priuari. Adeoque idem statuendum videtur de nostro religioso, vt emendato & virtutibus præluenti dignitatis obitæ prærogatiuæ feruentur: sin minus claruerit, denegentur.

RESPONSVM II.

De ordine præbendæ annexo non mox, sed intra annum residentiæ, suscipiendo ex Statuto.

Statutum Ecclesiæ collegiatæ SA editum an. 1249. exigit, vt prouisus de canonicatu iuret se ordinem suscepturum præbendæ annexum intra annum à die primæ suæ residentiæ: adeoque immemorabili vsu minores ætate prouisi quidem sunt; sed post residentiam ad ordinem incipiebant astringi. Quæsitum est an illud hodie per Conc. Trid. sit mutatum? videri potest in defectum poenarum Clementinæ, vt q. de ætat. & qualitat. præfic. tunc nondum lata, exactum fuisse illud iuramentum. nam priuatio ipso iure ad parochiales Ecclesias restringitur. c. licet canon. de elect. in 6. Boerius decis. 223. Weyms. ad constitut. 24. Conc. Trid. innovat. ad const. 3. n. 15. priuatio autem infligenda multas remoras pati potest; & causas speciales, contumaciam &c. requirit. c. quaris (quod etiam in non annexis ordinibus loquitur) c. 1. & 2. X. de ætat. & qualitat. præficiendor. Weyms. vbi sup. n. 17.

1. An ea dilatio per Conc. Trid. sit restricta?

Enimverò quamuis Conc. Trid. s. 24. c. 12. §. neminem admitti velit ad canonicatum, qui ordinem annexum habet, nisi is ordinem habeat, aut ætatem, vt intra tempus iuris eo initiari possit: & s. 25. c. 5. vt huiusmodi qualitatibus; vel

2. Vbi de annexis ordinibus disponit.

B 4 ordi-